



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Vrbibus, Templis,
Bibliothecis, et aliunde**

Sweerts, Pierre François

Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.

Pisana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

P I S A N A.

227

Publica concordi dum sunt bona cordē securi;
Majestas Romana Duce tremefecit, & orbem:
Ambitio sed caca duos ubi traxit ad arma;
Libertas Romana ruit, scissoqū senatu,
(Heu) licet & puerō caput alta ascendere Rōmā.

AD PORTAM PISANAM.

Cæs. Fridericu III. Imperat. & Leonoram
sponsam Portugal. Regis F. hoc se primum salu-
tasse loco, latissq̄e inter se se consultasse auspi-
cij marmoreum posteris indicat monumentum:
An. Domini 1451. 7. Kal. Mart.

IN ARCE NOVA.

COSMVS MEDICES, Dux Florentiæ & Sena-
rum, Arcem, & vñā Senensium quietem, & securis-
tatem fundauit. Anno M.D. LXI.

P I S A N A.

IN PISAS IVL. CAES.

SCALIGER.

PISA vetus, victi spolijs Orientis onusta.
Inuidia armavit liuidatela trucis,
Sic noctuit vicisse! alijs sic vicimus ergo!
Sic res est humili tuior arcta loco!
Mortales, sperate vices, nec credite fatis.
Nam quod nos alijs, illa dedere mihi.

IN TEMPLO SVMMO.

HENRICI VII. IMPERAT. DVCIS

Lucemburgi.

P 2

Hoc

Hoc in sarcophago non quidem spernendo,
Henrici olim Lucenburgen sis Comitis, & post
hæc septimi eius nominis Rom. Imper. ossa con-
tinentur, quæ secundo post eius fatum anno, videlicet
1315. die verò 25. Sextil. Pisæ translata, summa
cum honore fuere, hoc in fano ad hanc usque
diem collocata permansère.

Quidquid facimus, venit ex alto.

STEPHANI COLUMNAE PRAENE-
STINOR. DOMINI. Obiit anno ætatis
suæ XLVIII. M. D. XLIII.
XIII. Kal. Apriles.

*Hec STEPHANVM tegit urna: Parvus magis
sima Roma*

*Opraret Patrio contumulare sinu.
Omne solum patria est, inquit, fortissimus heros.
Defendi & patriam, sim licet hospes humo.
Ne lacruma, externum cernis quicunque sepulcrum
Indigetem cali me patria vna tenet.*

IVLIVS ROSCINVSP.

IN CAMPO SANCTO.

PHILIPPVS DECVS, siue de Dexio Mediolanensis I. C. celebri fama notiss. cum pri-
mum locum studij in iure Canonico & Ciuiili te-
nuisset, Pisis, Senis, Florentiæ, Paduæ, Papiz &
demum ultra montes in Gallia, reuocatus in Ita-
liam ab excelsa Florentinorum Republic. poster-
quam stipendum 1500. aureorum in auro prolo-
ctura consecutus fuisset; de morte cogitans, hoc
sepulcrum sibi fabricari curauit, ne posteris cro-
deret.

IBIDEM.

MATTH. CURTIUS Ticinensi, qui Hippocratis Galenique vindex, salutis augurium egit, medicinamque exercendo & docendo, ipse valens semper, excoluit; monumentum hoc amplius quam F. F. T. P. I. Cosmus Med. Florentia Dux II. ære suo P. C. An. 1564. Vix. ann.

LXX.

Ἄγαθὴ ὑγεία ἀλεξινότωφ. Ιερὸν καὶ χριστίσορ
τῶν.

ANONYMI.

Dum parat hic studijs Astræam inducere mando,
Astræa infertur raptus amore polo.

D. O. M.

FRANCISCVS Illustriss. gentis, nomine o-
lim SANSEVERINVS, posteaquam eiusmaiores
stuprum per vim oblatum vlti, occiso Regis fi-
lio, Neapoli Pisas migrarunt, ex fuga, Martius
Inreconsult. Canonicus Pisanus, Eques pius, gen-
is sue solus superstes S. P. Kalend. Mart. M. D.
LXXX.

GREGORIVS XIII. Pontif. Opt. Max. Pa-
via Bononien. antea vocatus Vgo de Boncam-
pagnis, Pontificij & Cæsarei Iuris consuli iss. in
cathedra interpres eximius: in foro Iudex inte-
gerrimus: in Synodo Tridentina Catholicæ fidei
Præsul studiosiss. in Senatu Cardinalis grauiss. in
omni vita gradu eodem tenore probitatis, pru-
dentie, & humanitatis, nec non constantis & ino-
derati animi fama præclarus: Ioanni de Boncam-
pagnis fratri patruei I. C. præstantiss. probatiss.

P. 3

mortu-

moribus, eximia pietate, omnibus denique ani-
mi dotibus ornatis. Pisis cùm primo loco max-
celebritate Ius interpretaretur, an. ætat. sua xli.
Sal. hu. 1544. extincto, hoc ad retinendum iucun-
diss. agnationis memoriam, fieri mandauit. An.
sal. 1575. Pontific. III.

IN S. DOMINICO.

*En Catacusinus iacet hic Demetrius heros,
Martis bonos, Gray gloria magna soli.
Æacides alius, Pylius quoque & alter Ulysses,
Florentinorum præsidiumque ducis.*

IN SANCTA CRUCE EXTRA
PORTAM.

NICOLAO TIGNOSIO Fulginati, Medico
Insigni, omniumque sae temporis Philosopho-
rum inter rarissimos numerando, ac multorum
Aristotelis librorum commentator acutiss. Cy-
RIVS MARIVS F. Patri opt. & suis miris virtuti-
bus ciuitate Aretina donato Pos. Vixit ann. LXXII.
M. v. D. xv. decessit cum Pisis legeret x viii. k²
lend. Octob. M. CCCC. LXXIII.

IN AEDIBVS MILITIAE S.
STEPHANI.

COSMVS MEDICES Flor. & Sen. Dux II. sa-
cram D. Stephani militiam, Christianæ pietatis, &
virtutis bellicæ domicilium fundauit. Anno Chri-
sti M. D. LXI.

PROPE PISAS VIA FLORENTI-
NA IN PONTE.

Siccitati paludum, agrorum cultui, cæli sa-
lubris

subritati consulens Cosmus Medices, Florentiae
& Senarum Dux, à partu virg. Anno 1553. Calend.
Nouemb.

LVCENSIA.

IN LVCAM IVL. CAES.
SCALIGER.

THUSCI delitium, THUSCI laus inclyt a celi,
Iusticie ille so robore Luca potens,
Lucapotens opibus, felix concordibus armis,
Cui veneranda fides, mens pia, pura manus.

IN S. SALVATORE.

Accipe charē pater, quæ natus munera tradit,
Munera si cineri sunt bene grata tuo.
Tu mibi das lucem vitæ, do mortis honores.
Heu, Heu! quām dispar gratia nostra tua est!

IN D. MARTINI.

MONVMENTVM DVCIS ADELBERTI
anno 1006.

Hic populi leges faxi sub mole sepulta,
Hic ius, paxque iacent, hic patriæ auxilium.
Pess claudi, vestis nudi, solamen egeni,
Noster Adelbertus Dux bonus atque pius.
Gentib. externis timor & panor, vnicat tandem
Militibus proprijs gloria summa suis.
Quām fortis fuerit, nouerunt ultima terra,
Quā bonitate fuit, dicere lingua nequit.

P. 4

In sexto